

Ann. V.

Num. XXI.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Premium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;  
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

*Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem*  
*ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA*

**Subnotatio fieri potest:**

**IN RUSSIA**

Apud GEBETHNER ET WOLF

VARSAVIAE POLONORUM  
Rakowskie Przedmiescie, 15

**IN ANGLIA**

Apud BURNS AND OATES

LONDON W.  
28, Orchard Street.

**IN CIVITATIBUS FOEDERATIS  
AMERICAE SEPTEMTR.**

Apud FRIDERICUM PUSTET  
S. Sedis. Apost et S. Rituum Congr. Typogr.

NEW YORK  
52, Barclay Street.

CINCINNATI  
436, Main Street.

**IN GERMANIA**

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost et S. Rituum Congr.  
Typogr.

**RATISBONAE in BAVARIA**

**IN CANADA**

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL  
1699, Rue Notre-Dame.

**RERUM INDEX**

DE NOVO FRETO INTER ATLANTICUM MARE ET PACIFICUM . . . . .	P. Rossani.
QUAESTIONES INTER SOCIOS PROPOSITAE. De una eademque apud omnes pronuntiatione latina . . . . .	D. Macrae. Subalpinus.
DE LATINA ELOQUENTIA IN ARCHIGYMNASIO TAURINENSI . . . . .	I. Antonelli.
AEMILIUS ZOLA. . . . .	A. Costaggini.
DE FRIDERICI, COGNOMINE MAGNI, EPISTOLIS FAMILIARIBUS . . . . .	P. Angelini.
DE HUMANIS CORPORIBUS EXTREMO DIE RESURRECTURIS . . . . .	H.D.V. Pieralice.
MACABRAE, SEU MORTUORUM, CHOREAE . . . . .	D. L.
LIBRORUM VETUSTISSIMI . . . . .	Fr. Xav. Reuss.
FABULAE SELECTAE FONTANII A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDITAE	D. Lascaris.
ARABES QUINAM ET QUANDO? . . . . .	Poplicola.
ANNALES . . . . .	Scriba.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS . . . . .	Senior.
LIBRORUM RECESSIO . . . . .	Fr. Palata.
LIBRI RECENS DONO ACCEPTI . . . . .	
ÆNIGMATA . . . . .	

*In secunda operculi pagina:*

PROSPECTUS NOVAE SUBNOTATIONIS COMM. VOX URBIS A KAL. IULII  
AD EXPLETUM ANNUM MCMI.

*In tertia operculi pagina:*

PER ORBEM . . . . . Viator.

**ROMAE**

EX OFFICINA FACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M CMI

AD MAGIS MAGISQUE  
 "VOX URBIS,, COMMENTARII PROPAGATIONEM AUGENDAM  
 NOVA INDICTA EST SUBNOTATIO

A KALENDIS IULII USQUE AD EXPLETUM ANNUM MCMII  
 (NUM. XIII-XXIV).

UT ACCEDERE OMNES POSSINT

SUBNOTATIONIS PRETUM CONSTITUTUM EST:

Libel. **2,50**; Mar. **2**; Sch. **2**; Rubl. **1**; Cor. **2  $\frac{1}{2}$** .

Qui insolita, gratuita paene, huius consociationis ratione frui volunt, nulla interposita mora, *nomen suum cum pretio recto tramite mittant ad*

**ARISTIDEM LEONORI EQUITEM**

COMMENTARII "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,

ROMAM, via Alessandrina 87.

T  
In Italia  
Lib. 15, M

DE  
INTER ATLAN-

Saeculi XIX  
quo Internu-  
est coniunctum:  
atque Pacifici u-  
commiscentur.

Rei molienda  
lis est proposito  
nanta, scripsit ar-  
loca indigitans  
prior cogitavit  
qui oceanum Pa-  
bravit, quam hi-  
ligna illae pertra-  
ut naves ibi ex-  
rem quoque con-  
nisi putasset fo-  
citis obstitutum,  
rant. Simili oli-  
fretum haud rese-  
Caesar molitus f-  
gressus; id enim  
tum, quum Immo-  
iunctum voltuisse

Quidquid fueri  
a Darieno ad Pat-  
isthnum secare  
tempore diffluis-  
bente resumpta s-  
dum adduxere.

Prima effodien-  
per Nicaragua  
quam via per Pa-  
patuisset; addeba-  
cum praesto esse  
facillimum esset  
pulandas. Non  
Panama duceretur  
alteram contra de-  
viorem per quad-  
ductam, hanc per  
gissimam; quinim  
foveae amplitudin-  
bellarum erogand:  
in Panama effund-  
Panama apertum  
decim horis supp-

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:  
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra italiam:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

## DE NOVO FRETO INTER ATLANTICUM MARE ET PACIFICUM.

**S**AECULI XIX haereditas exstitit rivus novus, quo Internum mare nostrum cum mari Rubro est coniunctum: saeculo XX Atlantici oceani atque Pacifici undae per fauces Panamenses commiscentur.

Rei moliendae inceptus tribus iam a saeculis est propositus. Antonius Galvas, Iusitanus nauta, scripsit anno MDL ad rem librum quatuor loca indigitans ad isthmum resecandum; sed prior cogitavit Vasco ille Nuñez de Balboa, qui oceanum Pacificum vidiit, viamque adumbravit, quam his diebus vaporitraha sequitur, ligna illae pertrahens ad alterum oceani littus, ut naves ibi exstrueret. Carolus V imperator rem quoque concupivit, Philippus II fecisset, nisi putasset forte se ea audacia divinis placentis obstatum, quae seiuncta oceana posuerant. Simili olim arguento Corinthii suum fretum hand resecari siverunt, quod opus Iulius Caesar molitus fuerat, atque Claudio Nero aggressus; id enim esse Apollini Delphico ingratum, quem Immortales Dii mare utrumque disiunctum voluissent.

Quidquid fuerit, Scotorum coloniam constat a Darieno ad Paterson positam a. MDCXCVIII isthmum secare voluisse, at ipsos colonos brevi tempore diffluisse; saeculo autem XIX dela-bente resumpta studia, quae ad opus confidendum adduxere.



Prima effodienda via a. MDCCCLXXXVIII per Nicaragua rem publicam est proposita, quum via per Panama aperienda maiori pretio patuisset; addebat in Nicaraguensi tramite lacum praesto esse maximum quidem, cuius aquis facilium esset uti, ad sectas deinde vias copulandas. Non quidem inficiabantur si per Panama duceretur via sex post annos compleri, alteram contra decennio; illam esse longe brevioram per quadraginta millia passuum productam, hanc per centum atque octoginta longissimam; quinimmo quotannis ad servandam foveae amplitudinem centies centena millia libellarum eroganda in Nicaragua, longe minora in Panama effundenda: tempus denique ut per Panama apertum iter naves pertransirent duodecim horis supputatum, ad Nicaragua persul-

candam foveam triginta tribus; attamen omnibus perpensis, cum coetus Americanus anno MDCCXCIV ad rem deputatus suam sententiam emisit, commerciorum praesertim utilitate Nicaraguensem viam esse preeferendam censuit.

Trepidavit tune Gallicum sodalicium, qui iamdiu in Panama freto ad opus laboraverat, exan-tlati hactenus maximi laboris sese amittere lucrum, atque agitavit negotia iterum cum Americanis, qui denique sententiam eius acceptam habuere. Convenit ut Americani emerent ius aperiendae foveae per Panama fretum, atque sibi in perpetuum addicerent. Haud enim obstarent Columbiani cives, quum eorum contestationes et iura multa pecunia resarcirentur. Statutum ut pretium statim solveretur, idque septingentes centena millia libellarum esset; quatuordecim autem post annos novum fieret foedus novaque pactio sive de nova pecunia solvenda ut perpetuum rivi ius acquireretur, sive de tributo quotannis certo tempore praestando.

Rem vero hanc perfici non bene Angli vi-derunt, qui, suis commerciis et navibus consulentes, in tutelae partem sese vocari una cum Americanis voluere, quae, praesertim belli tem-pore, adhibenda circa locum esset ut via bel-lantibus interdicta maneret, utque commerciis et navibus quoque tempore aperta ac tuta relinqueretur.

Americani Anglis, foedere icto, satisfecere; sed tamen in eorum potestate manebit Gallicum opus omne hue usque actum, machinas cet-erasque res ad illud pertinentes; brevi a Co-lumbiana republica ius tutelae circa fretum ad Americanos cives sibi tantum tributum habe-bunt, iamque praedicant fore ut ea via au-geantur Americanorum atque Anglorum aemula-tiones de commerciis ubique terrarum pro arbitrio moderandis.



Cum enim ius novae foveae aperiendae Ameri-canis sibi acquisiverunt, id profecto ea mente fecere ut Anglorum consiliis obsisterent, qui utrumque oceanum quasi in suum dominium habere nituntur. Iis igitur dividendum impe-rium et communicandum cum aemulis erit, reli-quis autem Europae gentibus paene abdicanda commercia, quae hodie cum Americanis meri-

dionalem Americam incolentibus communicant. Hiante enim per fretum via, naves Americanae hinc atque inde ad suos portus facilis appellere poterunt, atque nordica illa respublica ex uno in oppositum oceanum homines et merces transmittere. Anglis contra perparum favebit vias ad Australianas terras vel Sinenses patere novas, cum brevius hactenus iter habeatur, quod per Suez fretum atque meridionalem Asiam deducitur. Quod dicendum est quoque de consiliis cum Iaponia gente sibi foedere iuncta participandis; quarum ad litora minori tempore per Suez viam pervenient. Callide igitur, optime sibi prospexit Americanos censendum est fo-veam illam novam sibi unice fere addicentes, cuius per tramitem novas copias divitiasque novas sibi procul dubio comparabunt.

P. ROSSANI.

## QUAESTIONES INTER SOCIOS PROPOSITAE.

De una eademque apud omnes pronuntiatione latina.

Illustrissimo viro HYACINTHO DE VECCHI PIERALICE s. p. d. DONALDUS MACRAE.

LUCUBRATIONS tuas et dissertationes de mul-tis et variis rebus in commentario *Vox Urbis* nobis exhibitas, ego, et procul dubio omnes socii, passim cum gudio legimus. Gratias agimus ergo et habemus praesertim de litteris illis tuis, quas de latini eloqui pronuntiatione romana scripsisti, ut omnes sacerdotes praesertim, praeceptores, doctores, indeque discipuli per orbem, rectae exemplar pronuntiationis capiant.

Nec enim sine effectu erat haec disputatio, amabiliter inita, quae in lucem adduxit quanta sit discrepacio romanam inter ceterasque eiusdem linguae pronuntiationes, ita ut animadver-siones tuas exteri nos alio modo loquendi alio scribendi non omnes effugere possemus.

Nam, si morbum non sentis, remedia non quaeris; sed morbo cognito, causa et propaga-tione eius inventis, fortasse eum eurare potes.

Tu itaque, callido quo praeditus es ingenio, praecriptionem medici more laudabiliter obtulisti; id unum restat ut ea utamur ad errores nostros corrigendos, et ad sermonem latinum in rectam et uniformem viam revocandum.

Quo vero melius meta haec attingatur, con-cionem doctorum e gentibus diversis, qui de re deliberaentes et disputantes super basim quae in *Voce Urbis* posita est structuram aedificant et consolidant, magno usui et auxilio omnibus futuram existimo. Neque unam ipsam; quinimo

necessa mihi videtur ut schola, vel academia instituatur, qua huiusmodi quaestiones et difficultates latini eloqui proponantur, et quantum possit, solvantur; ad quam scholam commenent ab omni gente praeceptores, qui latinis in disciplinis exerceantur, quique discipulos suos domi reetam pronuntiationem vieissim doceant. Propositum hoc ut producatur saltem minor ante concilium londinense « oecumenicum » a diario *The Tablet* indictum, faxitque Deus, ut ex consilio illo scholam « oecumenicam » sive Romae, sive Londinii, sive aliebi institutam brevi habeamus.

Non infitior quidem quaestionem hanc de schola oecumenica « de pecunia » quoque esse; sed castellum aestivum illius Carnegie, quem regem ferrarium cognomine omnes norunt, quod e fenestra mea videre possum, mihi in mentem revocat multos esse ditissimos homines in Europa et in Americis quibus pecunia creseat in hortis, quique animis munificis erga litteras et bonas artes gaudent...

Verum ne epistola mea nimis longa sit, concludam. Vehementer velim ut dissertationes tuae de eloquio latino etiam prelo committantur in forma libelli portabilis ad usum scholarum, et fortasse concilii londinensis.

Vale et Valete.

Scribebam apud Mansionem Edderton in Scotia, kal. Oct. MCMIL.

Quaestiones a cl. v. Donaldo Maerae hodie agitatae cum proposito recens a Iacobo Tasset foedere latine loquentium facile neeti possunt. In ea bono animo intendant socii et lectores, suasque animadversiones de rebus maximi quidem momenti proferant: nos consilia et rationes libenter publici iuris faciemus. Sed ne consilio tantum contenti sint; opere enim, eoque diurno et constanti opus est. Sint incitamento disceptationes variae, eaque - nollemus sane - non sine partium studio apud Gallos his diebus habitae propter André, Lugdunensis athenaei doctoris, scriptum de latino eloquio sapientibus omnibus commune futurum. Quae profecto id saltem indicant, speciem formamque a nobis animo conceptas commentarium cum instituimus, atque inter scopolos syrtesque omnes produximus, haud tantum esse adumbratas, sed in re positas, et ad fastigia sua paullatim, sed tuto procedere.

VOX URBIS.

## DE LATINA ELOQUENTIA IN ARCHIGYMNASIO TAURINENSI (1).

POST Emmanuelem Philibertum, eae rerum difficultates supervenerunt, ut per ducentos circiter annos illa artium regina, eloquentia, in athenaeo Taurinensi penitus obmutesceret. Quapropter Subalpinorum litterae pessumdatae sunt, atque illa scriptorum portenta extiterunt, qui ea tempestate ad eaelum tollebantur; nunc vero risum cum indignatione excitare consueverunt.

Insuper, haec tenus variae disciplinae nondum stabilem apud nos sedem quietamque obtinuerant, sed hue illue per diversa urbis compita peregrinabantur, neque veluti saluberrimus

(1) Cfr. num. XIX.

annis, ex uno eodemque fonte, in communem civium utilitatem redundabant.

Tandem, ineunte saeculo decimo octavo, fusis fugatisque hostibus, Augusta haec urbs Taurinensis a diurna gravissimaque obsidione paucis horis est liberata, et Victorius Amadeus, huiuscem nominis secundus, rex, qui tantam felicitatis opinionem est consecutus, post foedus iustum Traiecti, apud Rhenum, statim de studiis optime auspicandis apud nos cogitavit. Nihil reliquit, quod ad ditionis suae felicitatem pertinet, omnesque euras ad procurandam civium humanitatem convertit.

Ipse enim aedes Taurinensis archigymnasi a fundamentis exstruxit, ex ingenio praescripto que I. B. Ricca, architecti. Namque, parto iam armis domestico otio, litterarum studia summa ope apud nos excitavit; ut, qui populus ad eam diem strenue de salute adversus hostes pugnaverat, idem etiam de ingenii laude cum ceteris contenderet.

Huiusce fortissimi viri imaginem in ipso archigymnasi aditu intueris, quod vixor ac paene paludatus mansuetoribus musis consecravit; quibus confectis, peritissimos uniuseiusque scientiae viros, maximis propositis praemiis ornamentisque allexit, quorum doctrina in civitate expolienda uteretur.

Inter eos, quibus eloquentiae latinae tradendae munus est permisum, egregie de Subalpinorum studiis meriti sunt Bernardus Lama Neapolitanus et Dominicus Regolottius. Sed omnes et praestantia ingenii et studiorum copia superavit Ioannes Dominicus Chionius Taurinensis.

Ea tempestate erant duo eloquentiae doctores, quos studiosi per triennium audirent.

Qui latinam eloquentiam profiteretur, quotannis de oratoria institutione agebat, eique optimos scriptores latinos expendere, atque alias aliis componere praecepit munus erat.

Ad haec, iam inde ab anno MDCCXXXIII sub Carolo Emmanuele III cautum fuerat ut in Taurinensi athenaeo oratio anniversaria *de Regis laudibus* haberetur. Dignum id sane consilium fuit, ut a quo ingenuae disciplinae tam impense fovebantur, ab debito illius praeconio studia patres auspiciarentur.

Qui mos, nescio quo insano rerum novarum studio, abhinc multos annos in desuetudinem abiit. Sed prae ceteris Ioannem Dominicum Chionium memorabo, qui primus e nostris, saecula iam theologiae doctor in Taurinensi athenaeo renuntiatus, atque in theologorum collegium cooptatus, tam feliciter latinas litteras arripuit atque impense coluit, ut eum publica lycea et in hac urbe, et in provinciis, optimo sane consilio, instituta sunt, humaniores litteras hie docuerit, et paucis post annis latinae eloquentiae doctor eraretur.

Hoc in munere, quoad vixit, perststit, atque ita omnem ferme aetatem in ea politioris disciplinae parte, quae exquisitam quamplurimorum rerum cognitionem requirit, consumxit.

SUBALPINUS.

*Licet omne tecum regis robur trahas,  
Licet arma longe miles, ac late explices,  
Fortuna belli semper in ancipito loco est.*

SENEC. *Theb.*

## AEMILIUS ZOLA.

CUM saeculum XIX oriretur, natalem lucem Victor Hugo poeta aspexit; cum medium attigisset cursum Aemilius Zola est natus. Comparisonem inter utrumque non instituimus: nulla enim esse potest inter viros ingenii magnitudine, animi liberalitate, musarum gratiis, mentis ignita vi alterum ab altero omnino dissimiles. Tamvero Gallus ille maximus inter multos errores, etsi superbia magna inflatus, quasi libertatis novae nuntius et vates aequalibus pariterque et nepotibus exstitit, poeseos lumine fulsit: hic sacerdotem veritatis se esse declaravit, sed admovit purissimae virginis foedissimas manus. Quae virgo immo? Quae veritas fuit, eni ad altaria pronum sese dedit? Veritas apud eum fuit una cupidio, licentia una: redidit enim fidelissime quidem, potenti ingenio, sermone disertissimo, quae omnia tantum pessimam essent, quae maxime turpia in humana societate. Quidquid putrescit criminis aut corruptione, quidquid animus horret conspicere aut audire, studiose ille quaesivit, narravit. Inde factum est ut ad eius libros avide perlegendos corrupta passim civitas eucurrerit, non modo gallica, sed quae ubique gentium in peius ruit virorum mulierumque perdita multitudo. Eos inter agmina prima lectorum eius selecta, atque coacta: inde quasi ab omnis corruptionis exercitu triumphi eius primi conelamati, donataeque palmae.

Equis autem fuerat adolescens, equis invenis, qui tantum gloriae culmen inter aequales ita arripuit? Lutetiae ortus est in tenui re familiari: cum studiorum curriculum expletum habuit, ut vitam traduceret diu per aspera munera sudavit et alsit. At vix arrepta aliquantulum quiete vivendi fortuna, agitatum sese non ordinario apolline sensit. Tunc calatum illum cepit nefastum, cuius indefesso opere et foecundissimo tot immania monstra arte mirabili quotannis fere effingeret, in civium stuporem, in bonorum offenditionem, in plurimorum exitium.

Primi libri eius titulos habuere parum adhuc notos: *Contes à Ninon*, *Confession de Claude*; mox autem maximam aggressus fabulam, cui nomen *Assommoir*, inopinato paene famae penitus sublatuus est. Librum tristem, trucem, obscenum, pessimum ferme, eoque magis quo magis insit in scriptore effingendi vis scribendique efficacia, ut res vere perspectas vel auditas, vel mente efficias, ut scelerata, crimina, turpitudines non quasi legens, sed quasi intuens lector contempletur, et subiecta fidelibus oculis horrescat. Vitiorum lenocinio, sceleris praesertim, captati passim civium animi, clientes comparati: itaque ausum sumpsit historiam familie eiusdem *Rougons Macquart* totidem fabulis enarrandi: *La fortune des Rougons*, *La conquête des Plassans*, *La curée*, *Le ventre de Paris*, etc., quam prosecutus est per viginti libros ad novissimos usque, quos inseripsit *La Débâcle* et *Le docteur Pascal*. Suscepta autem opera ut describeret totidem virorum mulierumque vitam scelerum plenam, qui pessimis ab atavis geniti in omnis corruptionis coenum hue vel illue fato quodam impellente involvuntur. Familiaris historia renovatam Napoleonidum

imperi aetate quibus tertius lamitosum us immensa Gal partum est. bendi gessit lismo » pla scholae princ consalutarunt constanti opp litterarum gl tius omnes i utuntur, qui stiano nomin

Contrariae illustres, qui tur, in Galli enim, post in larum, atque pagatam tem petendum su illum conseri vocari candid titulo semel a spuerunt sem audacia nunq nis proponeba

Neque tame conditor fuerat Honoratus ille libert: is tantum ut multi eius sint sequenti, r passant, nominat scriptos ad extremum dietum venit, stigatus appar eum supremi tuit *Lourdes*, de Roma librum vanum a audacia eaque qui vix una commoratus, tprehendisse a

Quamobrem minui iam vid venum praeser stianae doctrin tantam turpitu rum circa se e est epistola ilum reipublic turonis Dreyf centia.

Res vero no

delabentem fo

stus, quem fer

rore exaudivin

fera exhalation

est...

Pecuniae vi

sceleris et cor

et arte, et per

nitate, at digni

trifamiliae ro

libros puellis

las, quisnam

quin avertat

LA.

natalem lucem  
cum medium  
est natus. Com-  
stituimus: nulla  
genii magnitu-  
m gratiis, men-  
tino dissimiles.  
er multos erro-  
s, quasi liber-  
equalibus pari-  
oeseos lumine  
se esse decla-  
virgini foedis-  
? Quae veritas  
dedit? Veritas  
ntia una; red-  
potenti ingenio,  
ia tantum pes-  
bia in humana  
mine aut cor-  
conspicere aut  
narravit. Inde  
de perlegendos  
rit, non modo  
in peius ruit  
multitudo. Eos  
s selecta, atque  
ruptionis exer-  
ati, donataeque

ns, equis iuve-  
inter aequales  
in tenui re fa-  
lum expletum  
per aspera mu-  
repta aliquan-  
agitatum sese  
Tunc calatum  
efeso opere et  
stra arte mira-  
civium stupi-  
in plurimorum

e parum adhuc  
*tion de Claude;*  
fabulam, cui  
ne famae pen-  
, trucem, ob-  
magis quo  
li vis scriben-  
perspectas vel  
elera, crimina,  
quasi intuens  
idelibus oculis  
eleris praeser-  
cientes com-  
oriam familiae  
tidem fabulis  
*s, La con-*  
*Le ventre de*  
per viginti  
inscripsit *La*  
suscepta autem  
m mulierum-  
pessimis ab  
coenum hue  
involvuntur.  
Napoleonidum

imperii aetatem sequitur, atque per annos disfluit, quibus tertius Napoleon praefuit Gallis, ad calamitosum usque bellum, quo anno MDCCCLXX, immensa Gallorum ruina atque imperii exitium partum est. Per eas fabulas nova eius ars scribendi gessit triumphum, eamque a « naturalismo » placuit appellari a ieunis iis, qui scholae principem Aemilium consensu unanimi consalutarunt. Quamquam id non obtinuit absque constanti oppugnatione: in eum enim non tam litterarum gloriae aemuli, quam honestiores potius omnes insurrexere, et quotquot iis moribus utuntur, qui aliquantulum digni adhuc christiano nomine censeantur.

Contrariae factioni accessere viri quoque illi illustres, qui « immortalium » nomine decorantur, in Gallicam Academiam cooptati. Quum enim, post initam iamdiu seriem illum fabularum, atque magnam famam per orbem propagatam tempus Zola censuit opportunum ad petendum suum quoque nomen apud coetum illum conseribi, atque sese eorum ad subsellia vocari candidatum, indignum suo comitatui et titulo semel atque iterum illi censuere, ac respuerunt semper deinde quotannis; ille enim audacia nunquam fracta nomen suum quotannis proponebat.

Neque tamen « naturalistiae » scholae vere conditor fuerat; praecursors enim numerabantur Honoratus ille de Balzae, atque Gustavus Flaubert: is tantum scholam firmavit protulique ita ut multi eius vestigia, non aequa licet, fideliter sint sequuti, uti Daudet, de Goncourt, de Maupassant, nomina pluribus nota. Ille autem post tot scriptos foecundissimo calamo libros, cum ad extremum totius operis a Pascal doctore dictum venit, senescens quodammodo atque fatigatus apparuit. Citius vero corruit in vacuum supremis conatibus, quos inscribere statuit *Lourdes, Rome, Paris*. De Lapurdo item ac de Roma libros explevit, blasphemum illum, hunc vanum atque puerilem, quippe qui summa audacia eaque inani maxime redactus a scriptore, qui vix una hebdomada inter moenia nostra commoratus, urbis auram et spiritum satis prehendisse autumabat; improbum facinus!

Quamobrem, cum famam suam quotidie imminui iam videret, novumque iam surgeret, iuvenum praesertim, agmen, qui ad puras Christianae doctrinae et Evangelii aquas remearent tantam turpidinem scelusque fastidientes, iterum circa se excitare partium studium conatus est epistola illa satis celebri, quam ad supremum reipublicae praesidem seripsit pro centurionis Dreyfus tuenda, quam asserebat, innocentia.

Res vero nomen eius non instauravit, neque delabentem fortunam: id fecit dies ille nefastus, quem ferme, non sine magno animi horro exaudivimus, cum carbonis acri ac mortifera exhalatione inopino fato ille interemptus est...

Pecuniae vim reliquit non exiguum, pretium sceleris et corruptionis; opus autem pondere, et arte, et peritia scribendi maximum, at bonitate, at digna viro virtute fere nullum. Patrifamiliae roganti ipse olim dixit ne suos libros puellis legendos traderet: at praeter puellas, quisnam firmae mentis vir eos perlegat, quin avertat oculos animumque? Aemilio itaque

Zolae nomen supererit magnum quidem, sed triste, sed ingratum, cui nulli benedicent, quod plurimi suae perditionis causam dolebunt.

I. ANTONELLI.

#### DE FRIDERICI, COGNOMINE MAGNI, EPISTOLIS FAMILIARIBUS.

D E FRIDERICO, Borussorum rege, cui cognomen Magno, comparisonem cum Napoleone I, gallico Caesare atque triumphantore maximo, instituimus, ita plane ut emineret bellicia gloria illum fuisse a Gallo superatum, Gallicum autem publicae rei sapientia a Borussico facile victum (1). Atqui de litteris eius publica negotia spectantibus recensionem novissime digessit Paulus Dubois in *Recue des deux mondes* commentario, eni referre sententiam operae pretium mihi videtur.

Hicce enim ex epistolis simile ferendum iudicium quod de Marci Tullii epistolis ad familiares, eas nimirum simplici scitoque scribendi modo nitere, quia expoliata toga digestas, et quia neque philosophis neque litteratis viris inscriptas. Itaque mentem et animum regis nitiide magis ac perspicue intueri inter consuetu negotia permittitur, indolisque eius indicia forte deprehendere numquam hactenus adnotata.

Profecto ad eius doctrinam confandam plurimum contulere litteratorum virorum atque philosophorum opera, qui eius aetate florebant.

Etsi enim tot publicarum rerum curis Fridericus distineretur, mediis ipsis in castris suam excolare mentem philosophiae disciplinis numquam intermisit. Omnia investigabat, inquirebat, atque legebat imperator ille diutius, quam multi simul monachi legerent. Notas atque animadversiones de perfectis rebus assidue scribebat, eratque tanta mentis vi, ut Catt ille, qui ei a secretis fuit, testatus sit illum post viginti usque cognitas epistolas, singulis responderem libere valuisse.

Ea tamen ingenii indole pollebat, ut de speciebus atque formis aegre cogitaret, sed res potius atque eventus maxime intueretur, omnibusque disciplinis ea arte uteretur, ut negotiis inservirent. Quare a metaphysicis speculationibus prorsus abhorrebat, neque matheseos diligens assecula erat.

Eminent haec itaque in ipsa forma scribendi, quod viva quodammodo atque inseculpta veluti fictili arte videtur; gallica plerumque eius lingua, perspicua semper atque praecipue apta rebus; generalia verba perpauca. Electa dicendi forma scriptores summos imitatur, at rebus de scriptis ipse totus est.

Attamen, deest nonnumquam eius in iudiciis

veritas, quoties viros sua aetatis sua existimatione rependit, vel quoties contemptui habet. Haud vero fallit nimis, cum rigidum profert de philosophis declinante saeculo XVIII ortis iudicium: Rousseau tamquam amenti irridet, in Diderotum eiusque libros asperis verbis furti; « materialismi » asseculas vehementer obiurgat, quippe, ut ipse ait, mundus universus mentem divinam clamat atque creatricem.

Ceterum aequales eius passim affectus atque dilectionis sanam speciem ostentabant, pariter

que incredulum omnibus animum atque fatum, et gaudebant iuxta Epicuri sententias vivere per aureas aulas in mulierum famulatu atque inter comptissimae vitae delicias. Fridericus hisce aliquantulum, sed specie tantum, indulxit, ut cum Vilhelma Sororem Beyrouthensem margraviam dileyxit eo ritu, ut eam appellaret Minervam atque Catonem suam sapientissimam, omnibus laudibus et omni amore dignam. Amicos pariter ex animo vere dilexit, etsi ea quoque in re utilitatem magis quam sensum amoris benevolum sequeretur. Incredulum quoque sese praebuit, frequenter gloriam atque ambitionem spernens, ineptas magnitudines eas vocans, atque invidens civibus obscure, sed in pace viventibus, vel cupiens regalem ponere sertum, quem nimis gravem temporibus experiebatur.

Sunt haec tamen rara plerumque et intermissa, scripta plerumque cum desperata nimis

fortuna publicarum rerum appareret: ceterum corpus eius et mens maxima huiusmodi cogitationibus perraro indulgebant.

Fridericus enim valetudine fruebatur optima,

nimia immo sanguinis abundantia; quare im-

manes labores tum pacis, tum belli, numquam

fessus sustinuit; sed paralysi, cum nondum qua-

dragesimum annum attigisset, perculsus est. Mo-

res atque indoles congruunt valetudini: hilaris

ille plerumque, impatiens, audax, mobilis, opti-

ma spe erectus in teterrimis etiam discrimi-

nibus: at simul inquietus passim atque iracu-

dus ita ut familiares eum valde metuerent.

In epistolis lapsus frequentissimi, atque in

glossis ad marginem appositis vivacissima verba

leguntur: « Asinus asinorum! » – « Bombax! »

– « Abi in malam pestem! »; et similia.

Operosa igitur indoles atque voluntaria et contumax: urbanitas autem illa affectum atque lepores tantum, ut recepto usui more gereret, videntur assumpta. Ad disciplinas autem et studia eo praesertim tempore configiebat, cum publicae vel bellicae res pessimo fato corrumperentur. Idque contigit praesertim in bello, quod est septem ab annis dictum, cuius aetate rui- nam sibi imminere haud semel sensit: Berolini, urbem caput sui regni, ter captam vidit atque vastatam, hostium copias, innumerabiles undique circum adventuras. Tunc vix adhuc habebat animum ut epistolas aperiret et legeret. Kolin post pugnam, occidente sole, diu flevit viamque recedendi sese nescire fassus est. Inter hibernia fractum sese animo sentiebat, morbo correptum, ita ut voluerit abdicare usque regnum et in solitudinem prorsus secedere. At nihilominus vicit, idque obtinuit primum labore et studio, quo solatio praesertim ergebatur. Rursus itaque negotia publica et bellica pertractat, studiis omnino vacat, atque fusas historias perlegit, epistolas ad amicos plurimas seribit, versus denique effingit ea copia, ut post omnia bella in immensum excreverint.

At valebant praesertim ad eius dolores se-  
dandos philosophorum sententiae, quae praeci-  
pue stoicam philosophiam caperent; quamobrem  
seipsum quasi fato actum retinebat, vel  
divina voluntate, quae regit mundum.

Inde seditiones, infortunia, victoriae repeten-  
dae vel clades, ita ut unaquaque dies quasi no-  
vum mortis documentum ipsi illucesceret. Virum

(1) Cfr. huius anni num. XVII.


## DE HUMANIS CORPORIBUS EXTREMO DIE RESURRECTURIS.

## CARMEN

*\* Lignum habet spem: homo  
cum dormierit non resurget, donec  
atteratur caelum. Iob. XIV.*

« Extremum, lux alma, vale: tua funera serus  
Hesperus exsangui tingens rada salsa colore  
Ducet, et occiduo surgentia sidera caelo,  
Umbrarumque chorus, gemitus ululaeque sequentur.  
Astra sed eos rapida vertigine currus  
Urgent: mox rasto tollens se gurgite Titan  
Igneus immensis spectabit ab aethere terras.  
Dives odorato vales mihi gramine tellus,  
Et rosa ridentis calathii quae pandis honorem,  
Et violae molles, et lacedea lilia, quotque  
Ornatis verno hortos sine nomine flores.  
Continget restras etiam gemuisse rapinas  
Vestiet ut campos culmis cerealibus aetas.  
Cerita tamen gratias referet rix imbribus actis  
Luna rices, floresque simul revocabit et auras  
Spe saturas aestuque flagrantis amore inventae,  
Et rapientis equi celeres cum pulvere palmas.  
Me circumfusi gelida formidine campi,  
Claustraque muta manent melli contermina luci;  
Quaque mihi superest species miseranda dolentis  
Cum fugiat, rasto non mille errantia caelo  
Sidera, non ulli solis labores  
Restituent, nisi cum caelum nora conteret aetas.  
Omnia cum fugiant, et quae placuere beati  
Otia tutu loci, collesque et lucidus aer,  
Et blandae species simulacraque plurima vitae,  
Si licet sperare novos post tempora soles  
Non extinguedos alis fugientibus aeri,  
Pularior illustri surget de pulvere cantus,  
Et mihi tartarei pateant penetralia regni».

Dixerat haec taciti stratus prope limina tecti  
Gloria palmiferae quondam, dein terror Idumes.  
Dum nox uetus alti, fusa putredine circum  
Gramina, et attonti fugiunt hominesque feraeque  
Exesi vultus speciem ruptoque lacertos;  
Pallida cum subito caeli convexa tuentem  
Lux ferit, horrendumque simul circumsonat aether.  
Sibilus hinc venti, qualem non ardua Scyllae  
Aequora, non canis norunt in rullibus Alpes,  
Mugitusque maris referens, saevaque fragore



Angelus resurrectionis.

(Statuam Iulii Monteverde in Genuensi coemeterio positam photographice expresserunt FR. ALIARI, Florentiae).

Grandinis, et resonos montano flumine campos,  
Clangoremque tubae atque incendia stridula silvae.  
Qui simul intonuit vastum dimensus Olympum  
Afflavitque altos horrendo turbine montes,  
Praecipi revoluta iugo fastigia, rupe  
Diductus velut sinuosa in flumina torrens,  
Aequarere solum, patuitque exterritus orbis.  
Arida longinquis reniebant sedibus ossa  
Crebra velut densi tyrrheno ex aequore nimbi,  
Quae positos vestire artus caelumque tueri  
Vitalis scintilla iubet: tunc undique nervos  
Induci, et multo constringi tendine membra,  
Et turgore cunctem venis, roseumque colorem  
Tingere distenos ceu levi in marmore vultus.  
Iamque instaurata veteris compagine formae,  
Testes infusae mentis, caelestis origo.  
Orbe natant gemino viduae iam frontis honores.  
Tum celerare fugam erinesque effundere venis  
Cogit amor, carae post longa oblitia vitae.

Nec tamen interea quo non patientior alter  
Aut moriturus adhuc virit, vacuore sepulcro  
Gaudet: ad extremum ludo iactatus iniquo  
Inter utrumque manet nullique obnoxius aero.  
Temporis ala silet tuleruntque novissima fata  
Et rapidas horas restigiaque alba diei.  
Ipse manet, superatque comes spes, ultima rerum,  
Spes, cui sacra quies capti sine criminis somni.  
Iamque aurora vigil, pulsis de more tenebris,  
Urget rursus equos in multum tempus anhelos;  
Excussumque gravi post ludicra fata sopore,  
Surgit laethali sanatum vulnere corpus.

Sic me, sancte senex, Domini surgentis imago,  
Ultima fata doce, nec spes illudet inanis  
Numinis arcana fugientem quaerere causas.  
Sat mihi nosse Deum mortis vitaque parentem,  
Et spatii motusque vices rerumque colores  
Ludere mortales oculos, ut valle sub arcta  
Iosaphat immensa olim consistere gentes  
Posse putem manesque sua de sede cieri,  
Ossaque in obscuris rimari antiqua sepulcris.  
Quidquid erit, seu quod memini cantare poetam, (1)  
Haec fieri duplex naturae postulat ordo,  
Sive latet ratio finis, velut abdita origo est,  
Spes iubet humanos cineres me credere sanctos.

PETRUS ANGELINI.

(1) IO. BAPT. ANANIA, *De futura humani corporis resurrectione.*



ergo concludebat patientem esse oportere, et aequo animo et ad omnia paratum absque quaerimonia; unum aut alterum mori parum interesse universae vitae, ideoque resistendum patienter rebus adversis, ut secundas mereamur. Hisce rationibus superato discrimine redit ille ad operam, urgente natura atque ea spe eoque animo, qui oppositis obstaculis potius erguntur.

Maxime eius in animo superbia pollebat, nobilis quidem et iusta, qua seipsum suasque animi dotes iure merito aestimabat. Facile autem aequales, ut diximus, spernebat, atque sui amorem esse causam aiebat praecipuum rerum omnium, quae per orbem agerentur. At nimis sibi fidens consiliis ferentibus plerumque contradiebat, aliorum obiectis irridebat, rigiditate aspera erat cum omnibus, atque in interna gressa re omnia per seipsum moderabatur; humanitatem laedebat facile, iracundia maxime ferebatur.

Hisce perpensis, quod eius ex epistolarum lectione passim eminent atque lueulentissime, indolem atque animum regis licet proprius contemplari, magnum quidem virum et fortē, et

vivido ingenio, qui multis doloribus afficitur, qui pugnat atque vineit, qui omnia audet spe magna erectus, sed praeferit gaudet publica negotia gerere, et fortiter ducere bellum. Quidquid egit, pro patria, atque pro republica egit munere regio optime perfungens, unde nomen eius adhuc in Borussici imperii historia omni supereminet, et nepotibus insignis veluti gloria patriae collustrat.

A. COSTAGGINI.

## MACABRAE, SEU MORTUORUM, CHOREAE.

Quid fletui cum laetitia? Quid cum funeribus voluptati?... Si de moribus hominum dicenda mihi essent, in promptu causam haberem; quemadmodum enim ad multiplices usurpamus passim usus et signa eadem et voices, ut significemus quae mente agitamus, et quae corde sentimus omnino diversa, ita, natum quasi duem optimam sequuti, iisdem exprimitur acibus plerumque inter se repugnantia. Sic in ipso excessu laetitiae effundimus laeri-

mas, quae doloris, praesertim in pueris, signa sunt; sic in ora rubor ascendens modo pudantis, modo irascentis animi indicium est; sic vultus expallens modo candescens atroceissime et saevientis animi nota praebet, modo terribilitum horrecentemque metu hominem indicateat iuxta illa Vergili celeberrima:

.... mihi frigidus horror  
Membra quatit, gelidusque coit formidine sanguis.

Eodem igitur et iure et more, sua usi potestate, homines cantum et sonum ad significationem ploratus, quadam imitatione lugubrium vocum, converterunt, prout iisdem exsulantium voce et plausus, itemque ruentium in pugnam, itemque gementium vulneratorum, itemque strepitum concursumque bellantium, telorum in easides, in loricas elyposque intortorum fletum tinnitumque imitati sunt. Nonne ergo pariter salientes gestientesque exultatione choreis expresserunt, atque eodem iure, ritu quamvis diverso, lente incedentes, plorantesque inter funera carissimorum suorum, choreis et exclamacionibus interiectis, exprimere et imitari facillime

potuerunt? At et imitari, si et tabibus et fecerunt.

Nihil ergo in mirabile potius tulisse, ut ii extineretur, quibus splendet, dum videntur et tenebrarum, a in qua sempiternam autem fere nullum qui laetos incolunt.

Fortunatorum laetantes versabuntur sacrae paginae in gloria, laetabuntur tiones Dei in guttis est, quod Isaia a contrivit Dominus dominantium, eatione plaga insatia suo gentes, perseverant subter conturbatus tui suscitavit tibi terrae surrexerunt cipes nationum ».

Quinam porro nomina Ezechiel: et dormi cum in potentissimi robusti cum auxiliatoribus mierunt incircumcisus et omnis multitudine pulchra eius; omnibus runt gladio, quorum vissimis laci, et fulgurum sepulchri et tesque gladio, qui nem in terra vivunt multitudine eius... suerunt cubile eius in circuitu eius soch et Thubal et non dormient eum incircumcisus, qui cum armis suis, et posuere suis, et fuerunt iniuriam, quia terror invictum. Et tu ergo contereris et dormi Ibi Idumaea et regna qui dati sunt cum gladio.... Ibi prius universi venatores effectis paventes et qui dormierunt in dio, et portaverunt qui descendunt in

« Universi respondunt vulneratus es siecus es. Detraeta concidit eadaverum et operimentum tuum cecidisti de caelo, corrueisti in terram Verumtamen ad id dum laeti! Qui te teque prospicient. »

(1) ISAIAS, c. XIV, v. 12.  
(2) EZECH., c. XXXII.

potuerunt? At cur dicam eos potuisse facere et imitari, si et ab ultimis generis humani aetatis et fecerunt et imitati sunt?

Nihil ergo in hisce mirandum cuique siet; mirabile potius ista homines ad inferos trans tulisse, ut ii exultare et gestire gaudio vide rentur, quibus nulla vox assonat, lux nulla splendet, dum vagantur per regionem miseriae et tenebrarum, aeterna mortis opertam caligine, in qua sempiternus horror inhabitat. Praesumi autem fere nullo posse negotio de iis arbitror, qui laetos incolebant Elysios, perque regiones

*Fortunatorum nemorum sedesque beatas*

lactantes versabantur; nec aliud est illud quod sacrae paginae ferunt: « Exsultabunt Sancti in gloria, laetabuntur in cubilibus suis, exaltationes Dei in gutture eorum ». Verum nec aliud est, quod Isaías adducit: « Regem Babylonis... contrivit Dominus, baculum impiorum, virgam dominantium, caedentem populos in indignatione plaga insanabili, subiicientem in furore suo gentes, persequente crudeliter... Infernus subter conturbatus est, in oecursum adventus tui suscitavit tibi gigantes. Omnes principes terrae surrexerunt de solis suis, omnes principes nationum » (1).

Quinam porro sunt ii? Praebet enuncians nomina Ezechiel: « Quo pulchrior es descendere et dormi cum incircumeisis... Loquentur ei potentissimi robustorum de medio inferni, qui cum auxiliatoribus eius descenderunt, et dormierunt incircumeisi interfecti gladio. Ibi Assur et omnis multitudo eius; in circuitu illius sepulchra eius; omnes interfecti, et qui ceciderunt gladio, quorum data sunt sepulchra in novissimis laci, et facta est multitudo eius per gyrum sepulchri eius, universi interfecti cadentesque gladio, qui dederant quandam formidinem in terra viventium. Ibi Aelam et omnis multitudo eius... in medio interactorum posuerunt cubile eius in universis populis eius, in circuitu eius sepulchrum illius... Ibi Mo soch et Thubal et omnis multitudo eius... et non dormient cum fortibus eadibusque et incircumeisis, qui descenderunt ad infernum cum armis suis, et posuerunt gladios sub capitibus suis, et fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum, quia terror fortium facti sunt in terra viventium. Et tu ergo in medio incircumeisorum contereris et dormies cum interfectis gladio. Ibi Idumaea et reges eius et omnes duces eius, qui dati sunt cum exercitu suo cum interfectis gladio.... Ibi principes Aquilonis omnes et universi venatores qui deduci sunt cum interfectis paventes et in sua fortitudine confusi, qui dormierunt incircumeisi cum interfectis gladio, et portaverunt confusionem suam cum his, qui descendunt in lacum » (2). Atque insuper: « Universi respondebunt et dicent tibi: Et tu vulneratus es sicut et nos; nostri similis effectus es. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuum; subter te sternetur tinea et operimentum tuum erunt vermes. Quomodo cecidisti de caelo, lucifer, qui mane oriebaris, corrusti in terram, qui vulnerabas gentes?... Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci! Qui te viderint ad te inclinabuntur, teque prospiciunt. Numquid iste est vir qui con-

turbavit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, et urbes eius destruxit, vinctis eius non aperuit careerem? Proiectus es de se pulchro tuo quasi stirps inutilis, pollutus, et obvolutus cum his qui interfecti sunt gladio... Tu terram tuam disperdisti, tu populum tuum occidisti.... Praeparare filios eius occisioni in iniuitate patrum suorum; non consurgent, neque haeredibunt terram » (1).

Aut amens ego, aut numquam simile legi, nusquam et nunquam viđi; quippe Bonarrotii ipsius manus in depingenda tam terribili scena defecissent! Huinsmodi mortuorum accessus ad vivos ut rapiant in sepulchrum amara irrisione, ut trahant, velint nolint, ad inferos, si narratae, fabulae *macabre*, legenda *macabra* appellatae sunt: quin etiam (Vasario Georgio habenda fides), placuit eidam suae ferme aetatis pictori inter secundos illustri, qui « Mortuus a Feltre » ideo est nuncupatus, in mediis bacchanalibus actionem, dramaticam ut aiunt, pompa

que desunt qui, forsitan, iudicio meo, inepte non minus, nomen a « maceria » traductum putent, eo quod hae in coemeteriis super parietes maceriarum tenui superducta calee pingebantur.

Medio dieunt aevo haec primum visa, et praesertim inter boreales Europae gentes apparuisse et in more fuisse. Nobis licet memoriā revocare marmoreae arcae, Cumis reperiae, Romanorum tempori florentissimo adseribendae, cuius in operculo tria exstant cadavera, nuda ossibus insculpta, choream deducientia. Iam quid si adeamus Thebaca illa monumenta Aegyptiorum regum, in quibus tam saepe, tantaque varietate iter et casus vicesque itinerum colore, scalpro finguntur animae pergentis ad inferos?

Vetustissima, post hasce, omnium illa putatur, quae in urbe Westphaliensi Minden (ann. MCCCLXXXII) patet; sequuntur in coemeterio Parisiensi, cui ab Innocentibus nomen,



Mortis triumphus et macabre choreae.

(Ex murali tabula Panormi in aedibus Selafani asservata. — Photographice expresserunt FR. ALINARI, Florentiae).

quadam deducere, qua cadaverum more personati incederent funebria canentes passim gemitu, terrificumque animis vexillis et scriptis tabellis gerentes. Fabricius ait huiusmodi nomen *macabra* a Germanico poeta Macaber devenisce, qui primus de hisce mortuorum choreis poema germanico idiomate scripsit, quodque mox latine, gallice et anglice interpretatum vulgatumque est, et cui titulus *Speculum morticini*, *Speculum choreae mortuorum*. Champollion Figeac gallicam poematis huius editionem Parisis editam typis Marchand anno MCCCCLXXXV in biblioteca Gratianopolitana invenit, inventamque annunciat (2).

Iuxta Van Praet nomen hoc fuit a voce arabica *magbara* metathesi affecta, quasi ad anagrammatis fidem, quae coemeterium significat, quia picturae chorearum huiusmodi in coemeteriis primum, postea tum in coemeteriis, tum in templis frequentes esse cooperunt. Placuit nonnullis tamen deducere nomen a vocabulo latino « macer » quia exsangues, excarnes, macilentesque figurae hae tradant; ne-

in coenobio Fratrum Praedicatorum S. Domini Basileae, a qua Holbein aliquid hausit ille, septem natus annis postquam depieta illic fuit.

Inde mos invaluit. In Italia rariores habemus, at, aedepol!, illustres, quas Bonagiunta Pisanus XIII saeculo in Assisiorum basilica pinxit, quas ibidem Giottus, quas Clusone in templo Senensis Bernardini memoriae dicato, quae quidem a poemate Petrarchae *Triumphus mortis* nonnulla tenent. Dignae recordatione sunt insuper mortuorum choreae, quae Pisonii in Val-Camonica, Penzoli in Val-Rendena, Cari soli ab externo occidentali templi pariete (in pago Tridentino), Montebruni in Sabinis, Atri in Aprutinis, Sublaci in monasterio Specuensi, denique in coemeterio Pisano mirabiles picturae huiusmodi, quae Oreagnae tribuuntur iamque in *Voce Urbis* exhibuimus (1), sicut hodie muralem tabulam celeberrimam damus ex Batavica schola saeculi XV Panormi in aedibus Selafani asservatam.

H. DE VECCHI PIERALICE.

(1) Cf. an. II, n. XXI.

(1) ISAIAS, c. XIV, v. 5 et seqq.

(2) EZECH., c. XXXII, v. 19 et seqq.

(1) ISAIAS, c. XIV, v. 10 et seqq.

(2) Magazin Encyclopédique, 1811.

## LIBRORUM VETUSTISSIMI.

**O**PTIMUM quemque, libros qui diligit, non absque incunditate quae de libris vetustissimis quibusdam scripturi sumus perceptum puto.

Pluribus aequa sententia est scribendi artem non humano inventam fuisse consilio, sed, quasi munus pretiosissimum, divinitus datam atque oblatam hominibus. Idque eo praesertim arguento tinentur, quia omnes quotquot fuerunt, et sunt, et erunt, sermones paucis complectuntur notis, et quasi in elementa resolvunt notas illas alphabeticas, quarum complexum et seriem « alphabetum » graeco, nisi potius hebraeo, vocabulo nuncupamus. Atqui ad alphabetum huiusmodi conficiendum opus fuisset viro non modo praeteritos omnes, praesentesque callere gentium omnium sermones, sed futuros quoque praenoscere. Primum illud impossibile factu cuivis hominum, scilicet circa praeteritas et praesentes sibi linguas; alterum, circa futuras physice et metaphysice impossibile prorsus. Hinc, iure concludunt, cum nemo, praeter Deum, praeterita, praesentia, et futura eorum habeat, solus hic artifex, opifex, doctor et magister scribendi habendus est... Sed ne quaestiuellas narrationibus inseramus.

Constat a temporibus ante diluvium Noeicum homines calluisse scribendi artem, et

20]

FABULAE SELECTAE FONTANII  
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE  
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

## LXXXII. — SENEX ET ASINUS.

*Urbem vir senior, iejuno rectus asello,  
Dum petit, arra videt, gramine laeta novo.  
Huc asinus volat, et teneris baechatur in herbis:  
Grande vorat spatium; deinde volutus humi,  
Terga fricat cantans, tollensque in aera plantas.  
Auritus genio dum racat, hostis adest.  
- « Hostis adest - exclamat herus - fugianus, aselle.»  
- « Cur fugiam? - petulans querit edaxaque pecus -  
Estne duplex, alio domino, mihi sella ferenda?  
Sureina num gravior? Sors erit aqua mihi.  
Ergo, cui famuler, nil refert. Vive valeque,  
Dure senex; sinito, me saturare famem.  
Namque meam, missis ambagibus, ut tibi mentem  
Eloquar, est asini tortor et hostis herus.»*

LXXXIII. — CERVUS ORA SUA  
IN FONTE CONTEMPLANS.

*Cervus cum fontem vitreum bibitur adisset,  
Semet adumbratum conspicit inter aquas.  
Miratur ramosa diu laudatque profuse  
Cornua, sed graciles displicuere pedes.  
Displicuere pares fuso longisque bacillis,  
Quorum sub lympho rix levitas umbra natat.  
- « Ah! - queritur, macilenta pedum dum surgit imago -  
Crura meae fronti quam male convenient!  
Fronte decennalis superare cacumina querit  
Glorior; at tenuis tibia laude caret.»  
Talia dicentem canis inseguitur; pede cervus  
Praepete silvarum frondea tecta petit.  
Heic, quo cumque fugit praeceps, fatalia frontis  
Ornamenta retant aut remorant iter.  
Cornua se ramis involvent; iam neque prodest,  
Qua pollet cervus, vis levitasque pedum.  
Seris tum lacrimis improridea dicta recantat  
Corniger, et diris annua dona voret.*

hae usos fuisse, testibus Iosepho Hebraeo, scriptore iudaicarum antiquitatum, qui se vidisse testatur, et, ni fallor, Hieronymo; quippe filii Seth columnas confecere geminas, lapideam et lateritiam, in quibus ea quae sui temporis (avus hisce Adam ille princeps!) erant circa artes omnes et disciplinas, caelarunt. Duplices autem fecerunt, quia gnari de gemino diluvio aliquando in terras venturo, pluviali, scilicet, et igneo, ignari autem utrum hoc an illud praeeederet, duas quae sive materias, quarum una superstes esset; lapidea aquis, lateritia flammis. Post haec in ruderibus Mycaeneis, Abidenis, Cretenibus, Hetruseis, Aegyptianis, Chaldaeis plura reperta sunt, quae scripturam ostendunt. Haec autem sparsa fragmenta potius quam libri, aut volumina appellanda sunt; quamvis possibile futurum rear, puta, in lateritiis documentis et monumentis, quae ad Korsaban effodiuntur, aliquam seriem libri integrum erui.

Volumina duo tamen habemus certa: quorum alterum Societas Archeologica Morgan a Susa, urbe Africa prope Algeriam, acquisivit, et dicitur *Codex Babylonensis Hammourabii*, bis mille ante Christum annis conscriptum; alterum est *Samaritanum Agiographum*, Pentateuchi libros, scilicet Beresith, Veelle - Semoth, Vaiiera, Vaieddaber, et Ellehaddabrim complectens, atque hoc non minus mille et quingentis ante Christum annis conscri-

ptum dieatur. Pius Del Corona cum Palaestinam inviseret, Samariam digressus, videre cupuit, et vidit magna religione servatum, ae versavit manu, oculisque intuens retulit volumen illud vivo adhuc atramento gaudere, nitidis et bene comptis characteribus insigne, pergamea super pelle exaratum; narrat in synagoga asservari, nec videndum, nisi depositis antea calceamentis, offerri.

D. L.

## ARABES

QUINAM ET QUANDO? (1)

**I**OB LUDOLPHUS haec a Balthasar Telletio in *Historia Aethiopica* accepit (2), eui per traditionem Aethiopum Abyssinorum credita sunt, et, si quis populus traditionum suarum servantissimus sit, hic habendus prae quovis: « Reginam Aethiopiae Maqedam, ubi ex mereatore suo Tamerino de potentia et sapientia Salomonis certiora cognovit, ad illum cum magnatibus suis multisque muneribus profectam tradunt, verique Dei cultum ex eo didicisse. Exacto aliquo temporis spatio domum reversam peperisse filium Menilehecum (3) ex Salomone conceptum, quem Davi-

(1) Cf. num. sup.

(2) Cf. lib. I. c. XXV.

(3) Menelik ne?

*Haec quorsum? Caules ut nempe rehantur in urbem?  
Urbs quo iure mihi strata sopora negat?»  
Immutat stabulum Fortuna benigna rudentis,  
Quem sub alutari (1) rivere lege sinit.  
Rursus at auritus queritur, quod pestifer insit  
Portandis coriis foetor, omnisque grave:  
- « Eheu! - sic olido sub pondere mussat asellus -  
Dura fuere minus pensa prioris heri.  
Tum crambes (memini) furtim mordere solebam,  
Aversus quoties vultus agentis erat.  
Nulla sed hic mulcent, data gratis, pabula ventrem;  
Pabula sunt ictus, qui mea terga dolant.»  
Mos geritur plenti, quem carbonarius ater  
Accipit, et nigris destinat officiis.  
En iterum plangit pecus; at Fortuna proterram  
Aceriter incerpitan, ora tenere iubet:  
- « Sollicitam - sic illa tonat - solius in orbe  
Mene tui reris? Credita terra mihi.»  
Haec recte Fortuna. Sed hac sumus inde: vivit  
Contentus nemo conditione sua.  
Nulli sors hodierna placet, meliorque videtur  
Crastina, quam sibi mens irrequia petit.  
Quisque tamen, roti compos, nota rotta repente  
Fundit, et exagitat questibus usque polum.*

## LXXXVI. — SOL ET RANA.

*Quum celebraret atrox connubia laeta tyrannus,  
Mergebat curas ebria turba scyphis.  
Unus tum sapiens Aesopus fertur orantem  
Stultitiae populum sic monuisse suea:  
- « Uxorem - dixit - cum vellet ducere Phoebus,  
Ranarum coepit gens sua fata queri.  
O Fortuna - (gemunt) - qua nos tutabimur arte,  
Progenitum Phoebo cum nota nupta dabit?  
Unus vix patimur solem: compluribus ortis  
Solibus, arescet quidquid ubique natat.  
Actum de ranis: vada vos et stagna valete!  
Nos manet unda (super sola futura) Stygis.»  
Turba coaxantum, stirps quamquam crassior audit,  
Non tamen hic crassum prodidit ingenium.  
(1) Alutarius (quod vocabulum ab *aluta*, seu pelle concinata et subacta oritur) idem est ac coriarius.*

(Ad proximum numerum).

dem nomina patrem missum instructum, unum atque bilibus Israe instrumentis, legis sacrae summi Sacerdotis exinde Reges gentis illius habent. Quae quidem minus administrantur inde quid nae, Aethiopia clarescat, dum enumerabimus nimo eos horum, et originum, clementum. Quem saepe regna haeremus and steria?...

Sabam Aethiopiam reginam, et cetera Aethiopum genus Salomone iustificat, quod illi regis imagine Leonis monis aetate gesque tulerunt et legum se in Christoque contra dicente, est, dimissis ceteris legationibus sedemque rediunt, sunt usi praedicti mihi visum est tacebo. Quum rabbi gentis Iacobus quippe inter se aliquam Hebraeum in quaestionem adhuc et fortasse quum Danielis celeberrimos in naginta enumera tate absolutas, quid reliqui fidei doctum, at resistentem suae amplius venturam huius ostenderem parentum series motus geographi pariete pendebat (et Aethiopianum atque certum habet in regibus regum semper Marte non hanc Turam qui futuri sunt ravit Dominus Israel: « Non a de semine eius mittendus est:

cum Palaestina, videre cupuit, et volumen illud nitidis et bene pergamena super iugogia asservari, ante calceamentum.

D. L.

0? (1)

ar Telleto in *Hist. regum* (2), cui per traditionem credita sunt, et cum servantissimum novis: « Reginam mercatore suo Tamerlano Salomonis certe magnatibus suis tradunt, verique aucto aliquo tempore esse filium Menelatum, quem Davi-

Sabam Aethiopes sibi itaque vindicant et reginam, et civem, et inducentem in reges Aethiopum genus et Davidicum sanguinem a Salomone iustis nuptiis quaesitum; propterea quod illi reges insigne suum adhuc attollunt imagine Leonis Iudeae decoratum, et a Salomonis aetate ad nostram, quoties edicta legesque tulerunt, in fronte et capite edictorum et legum se Davidicam affirmant progeniem; Christoque consanguineos, nemine tot a saeculis contradicente, proclaimant; et, quod maximum est, dimissis olim ad Romanum Pontificem litteris legatione solemnii, qua in Petri fidem sedemque redirent, hoc in ipso aditu epistolae sunt usi praeconio. Neque insuper, quod grave mihi visum est, et solempne non minus, ipse tacebo. Quum enim sermoeinarer cum magistro rabi gentis Iudaicæ, immo rabbon, magnus quippe inter suos censembar, ut exercitationem aliquam Hebraei sermonis pulcherrimi haberem, in quaestionem de Messia, quem exspectabat adhuc et fortasse adhuc exspectat, devenimus, quum Danielis septuaginta hebdomadas, scilicet, celeberrimos illos quadringtonos annos et nonaginta enumerabamus, Vespasiani Augusti aetate absolutas. Quo quidem in tempore, et si quid reliqui fuisse, Hadriano imperante, Davidica soboles extincta est. Hinc ego virum doctum, at rostro et unguibus traditioni haerentem suae speique suorum, de Messia non amplius venturo arguebam, quia nemo genus huius ostenderet de domo et familia David tutam parentum serie descendens. Ille vero minime motus geographicam Africæ chartam, quae a pariete pendebat indicans: — Atqui, — inquit, — (et Aethiopiam, digito superposito monstravit) atqui certum hic nobis est genus Davidicum in regibus regionis huius, contra quam iniquo semper Marte pugnabitur. Non hanc Saracena, non hanc Turca manus umquam prostravit, nec qui futuri sunt umquam prosteruent, quia iuvavit Dominus David quod iam promiserat Israel: « Non auferetur sceptrum de Iuda et dux de semine eius donec veniat Scilok, nempe qui mittendus est: inde Messiam exspectatione certa

exspectamus. — Fateor me obstupuisse. Verumtamen quum respondissem me mirari sperantes Messiam in Christiano rege, ille gravibus quasi percussus cogitationibus obmutuit, nec amplius de re colloquuti sumus.

Est autem et aliud argumentum, quo demonstratur Aethiopia unum quid cum Arabia, etsi mare interluat. Quum enim scriptum sit: « Reges Arabum et Saba dona addueent », manifestum est « Saba » esse nomen indeclinabile regni alias, et non Arabum, quamvis contermini et proximi; equis enim diceret: Reges Europæ et Hispaniae? Quod per copulativam particulam additur praecedenti nomini, in ipso nomine non confineatur necesse est; frustra enim adderetur quod iam continetur. Verum « apud Arabes, — ita Ludolphus idem (1) — non ambigitur Sabam illam e stirpe filiorum Homer, idest Homeritarum, et Hodhadi regis filiam fuisse. Belkis vocant, eamque non Salomonis pellicem, sed uxorem dicunt; unde colligitur quod et ipsi traditionem pro vera habebant, quod filium e Salomone conceperit. Lis de ea inter Aethiopes ed Arabes etiam nunc durat, utrisque eam sibi vindicantibus, haud secus ac si Franci hodierni cum Germanis de Carolo Magno disputare vellent ». Quae postrema verba facile intelligentur, si audiverimus eos, qui Sabam reginam, haud aliter ac Candacem, (de qua in *Actis Apostolorum*, cap. VIII) in litorebus Arabiae, quae Rubro alluntur mari, tum in insula Meroe, tum in Aethiopia regnasse ferunt, ideoque et Arabiae reginam iure dictam: Βασιλίσσα νότου, et Aethiopiae. Quid si dixerim eum Iosepho Hebraeo (2) Aethiopes in Aegyptum olim affectasse imperium, possedisse, dominatos fuisse?... Quanti igitur est optime artium monumenta scrutari, diligentissime examinare reliquias, ut inde adstruatur ex cognitione artium cognatio populorum, ex indole dominantis in monumentis dominium gentis in regione.

(Ad proximum numerum).

D. LASCARIS.

### ANNALES.

Boerorum duces Berolini — Macedonum sedatio — Anglica clades in Africa — In Bulgariae monumentum positum.

**B**OERORUM duces Botha, Delarey, Dewet, quos tamdiu per patrias oras strenuissimos demirati sumus, discurrunt modo veteris Europæ aulas obolum quaesituri. Reddam viris laudem christiana fortitudine dignam; quo magis enim vilis hodierna eorum peregrinatio multis apparet, eo difficilis magis et ardua, quippe cui virtutis etiam atque gloriae stimulus deficiat. Attamen et quia patriæ amoris urgente sensu mota est, laudanda maximis vocibus; una enim iis mens unumque studiun, ut suis civibus ob belli infinitas ruinas ad ultimam egestatem perductis aliquantulum consulant, ut caveant pueris atque mulieribus suis, ut Batavo generi ex quo orti sunt provideant ne omnino pereat. Primum itaque Lutetiam descenderunt, deinde Germaniam, Berolinum urbem caput petentes. Vilhelmus Caesar, Anglorum aemulationem excitari

(1) Lib. II, c. 3. *Aethiopicæ Historiae*.

(2) *Antig. Iudæi*, lib. VIII.

metuens colloquium largiri peregrinantibus renuit; sed Germani cives praesertimque Berolinesses incolae ovationes maximas illis pararunt. Parata tunc quoque sunt publica comitia, in quibus singuli duces suam orationem populo habuere, gratulantes de acceptis benevolentiae signis, enarrantes egestatem maximam atque paupertatem quibus superstites incolae per africana litora torquentur, quaeritantes denique nonnullam pecuniae vim, qua tantis necessitatibus subvenient, quam erogarent in viduarum, et pupillorum, et vulneratorum auxilium. Tunc itaque non exigua pecuniae copia collecta, etsi profecto necessitati omnino impar. At melius res cessuras speramus ex quo Chamberlainius Anglicus ille administer, totius Europæ pietatem in Boeros excitatam animadvertisens, Londonum eos iterum vocavit, ut iterum atque de communi consensu de pecuniaris compositae pacis conditionibus secum colloquerentur. Quapropter confidimus tantæ virtuti, etsi adversa fortuna confractae, instam petitionem fore ut Angli magistratus non repellant.

Extrema haec maximi belli vestigia armatae miniae sequuntur. Idque primum, prouti alias adnotatum est, ad Macedonum fines, in Turcarum regem atque eius in imperium excitatae. Coacti passim circa imperii litora seditosorum manipuli ea mente, ut per Macedoniam discurrentes, oppida et sata depopularentur, ut armis cives instruerent, ut in dominos commoverent, frequentissimi recenti tempore ad incursiones venerunt. Habitæ advelitationes multæ, ea tamen fortuna quae Turcis plerunque favit, qui, utpote numero plures et disciplina castrensi et melioribus armis instructi, de hostibus facile retulere victoriam. Id immo quamquam Bulgarorum coetu illi, qui omnem machinationem movere dicuntur, imperator atque magister utriusque militiae præsedit. Ceterum rex ille Turcarum, ut obortam seditionem eito atque facile opprimat, iam undique ex imperii regionibus europaeis cohortes atque ballistarios in Macedones misit, qui brevi ad viginti vel triginti millia dinumerabuntur. Quo exercitu stante, pro tempore saltem Bulgarorum consilia suam consequi metam haud poterunt.

Sed est alius Mahumethanorum exercitus in Africa, qui his diebus contra Anglos victoriam non exiguam est assequuntus. Somales dico, qui novi eiusdem falsi prophetæ voce coacti, ut passim per Africam assolet, in Anglorum Italorumque colonias circa mare Rubrum impetum facturi videntur, iamque per vasti deserti loca suo arbitrio equitum peditumque multitudinem ingentem conduceant, magnam hinc vel inde praedam mulierum, pecundumque, atque mercium abducentes. Itaque in latrones instructa acies ab Anglis, eique praepositus Cobbes tribunus; cum vero Angli ad Herego locum, iniquum satis atque silvis densum pervenissent, inopinato oceursu ab hostibus petiti sunt. Attamen aggressionem firmo animo sustinere quamquam non sine clade; Philipps enim tribunus, Haugus atque Hovas centuriones, Everest alter a centurione aut imperfecti, aut vulnerati cecidere; milites autem usque ad centum amissi. Tunc

inter munita copiae receptae, unde die sequenti ad Swayne praefectum regressae sunt.

★

Iterum de Turearum imperio non sine gravi stupore audivimus Russorum navem *Pobedonoszec*, ex ipsa Turcici imperatoris venia freatum utrumque quo Pontum Euxinum ocluditur tute transisse. Id enim contrarium omnino arguitur pactionibus tum Lutetiensis foederis ann. MDCCCLVI, tum Berolinensis ann. MDCCCLXXVIII, quibus statutum est ut bellicis navibus omnibus, sive Russicis, sive Anglis, sive aliae cuiusvis gentis, ex Ponto Euxino ad Hellespontum, transitus prohibetur. Obtinuitne in easu veniam insolitam Nicolaus, magnus Russorum dux atque Caesaris avunculus, quasi pretium visitationis, quam ad Turearum regam duxit, antequam ad Bulgarios pergeret? Ibi enim solemni pompa Scipka in loco quasi feriarum coronamentum, de quibus in superiore nostri commentarii numero sermonem habuimus, ponendum erat signum ad perpetuam memoriam revocandam diuturni proelii, quod per iuga illa asperrima Russi milites una cum Bulgaris contra Turcas anno MDCCCLXXVIII sustinuerunt. Monumentum magna Bulgari populi cum animorum inflammatione est conseratum, atque orationes multae habitae ad revocandam proelii illius historiam clarissimam.

POPLICOLA.

## PUBLICI PER ORBEM COETUS

LEGIBUS FERENDIS.

In Anglia convocata iterum municipum sessio. Hybernorum oratores statim tantum tumultum excitarunt, ut O' Connell eorum princeps ab aula pulsus fuerit.

In Austria Koerber doctor de sermonum quaestione dixit in aditiali oratione, quam coram Vindobonensibus comitiis noviter collectis habuit. De foedere Hungaros inter et Austros amico animo iterum renovando spem multam sese fovere fassus est.

In Gallia de deeretis, vacantibus comitiis ab administratore rebus intermis praeposito, editis, quibus religiosorum dominus ludus pro pueris puellisque patentes oculas sunt, moniales vi electae, Britonum seditione excitata, asperrima disceptatio a populis oratoribus habita, eo tamen exitu, qui tandem administrorum collegio omnino faverit. Deinde, ut quotannis ibi assolet, proposita rogatio de tollendo apud Sedem Apostolicam gallico legato, sed pariter, ut assolet, repulsa.

In Germania eloquentissima oratio, vix iterum coactis coetibus, a De Bulow, administrorum praeside, habita de vectigalibus innovandis: de re autem nondum, cum scribimus, ad suffragia ventum est.

SCRIBA.

## LIBRORUM RECENSIO

Praelectiones philosophiae scholasticae tironibus facili methodo instituendis accommodatae, auctore P. GERMANO A S. STANISLAO Congregationis Passionis presbytero. Volumen primum complectens Logicam et Ideologiam. — Edid. Romae, Ratisbonae, Neo-Eboraci Frid. Pustet, 1903.

Librum hunc magna cum voluptate nos legisse fatussum. Duplex autem iucunditatis est causa; altera auctorem illustrem eruditione, moribus, modestia spe-

stat, altera nuperum, de quo nunc agimus, opus. Iam circa primam noveramus virum in Urbe satis inclaudentem tum ob ea, quae superno quasi afflatus instinetu ad inveniendam SS. Ioannis et Pauli domum molitus est, et prospere absolvit, tum ob ea quae doctissimo calamo circa inventa exaravit, describens fideliter, acute arguens, erudite commentans, diligenter inquirens. Quo de opere nos in hoc commentario (1) etsi multa detulimus, plura tamen, prohibente spacio, praetereunda fuerunt invitis; plausimus tamen utraque manu et audenti et scribenti, optavimusque plurima eiusmodi et saepe instaurari. Qui vero archeologiae peritissimum salutabamus virum, eumdem philosophiae « scholasticae » assertorem non minus prudentem existere ignorabamus. Habet itaque, lector, alteram causam, quae laetitia nos perfudit, ubi opus hoc philosophicum fausto alite reddimus et manu versavimus, et oculis non minus quam intellectu contemplati et complexi sumus.

In hac enim exigitate et inopia rerum philosophiarum, quae nunc est, non medioere delectamentum ille excipit animo, qui librum huiusmodi prodire intuetur illa conditum ubertate et austoritate, quae disciplinam tam gravem, tam severam, fundamentum et ianuam sapientiae omnis, deceant.

Neque enim se quis autumet in philosophia aliquid posse, nisi in logica potentissimum antea se noverit. Ubi enim minus instructum dialecticis armis se deridet inquisitioni veritatis, circumferetur quovis verbo fucatae et personatae doctrinae; nam omnis et quivis error aliquam speciem veritatis praefert, nec aliud est nisi veritas distorta, et devia, quae optimis e fontibus manans in saxosa et arenosa deflexa fuit, non ut irriget, sed ut arescat. Hinc Baconianum illud, leves haustus in philosophia ad atheismum ducere; pliores ad veritatem divinam. — Sed ad volumen redeamus.

Quae in hoc prolata sunt, deducta, inserta, omnia probe, scite, omnia Aquinatis consentientia doctrinis, maximi doctoris huius auctoritate roborantur, muniantur. Stylus autem facilis, expositio candida, veritatis ordo ac distributio consentiens indoli, inseriens naturae, viribus tironum idonea, digna magistri mente, et quasi per quosdam gradus ad altiora contendens. Praeterea visae nobis in opere sunt brevitatis sine obscuritate, copia absque redundantia, et, quod maximum est, fax quaedam singulis lectionibus addita in illo compendio, seu *anacephaleosi*, qua emen- sum iter illustratur et brevi revocatur in memoriam, memoriae et mentis adiuvenam ingens, ex quo discipulis utile amplissimum, et sapientiae fodina quotidie opportuna, et ad manus.

Volumen primum hoc qui legerit, eum credimus iudicaturum sicuti nos iudicavimus, et bene discen- tibus et bene docentibus inde futurum; nam summis hisce temporibus adolescentiam non modo eruditione ornare, sed doctrina et sapientia munire oportet; doctrina autem et sapientia nulla est, quae semet ac sua ratiocinio tueri, adversa argumentationibus nesciat propellere.

Quae sequi necesse est, duo saltē insuper expetamus volumina, quibus integer philosophiae campus occupetur.

SENIOR.

## LIBRI RECENS DONO ACCEPTI

Praelectiones philosophiae scholasticae tironibus facili methodo instituendis accommodatae auctore P. GERMANO A S. STANISLAO Congregationis Passionis presbytero. Volumen I complectens Logicam et Ideologiam. — Romae, Ratisbonae, Neo-Eboraci edid. Fridericus Pustet, 1903.

(1) Cfr. an. II, n. XII.

ADULPHUS ARTIOLI. *Pubbliche litterae de scholis ordinis secundi ad Iacobum Cortesiū*. — Neapoli, *Revue Franco-Italienne et du monde Latin*, 1901.

Acta Gregorii Papae XVI.... recensita et digesta cura ac studio ANTONII MARIAE BERNASCONI. Vol. III. — Romae, ex officina S. C. de propaganda Fide, MDCCCCII.

VULCANUS. *Carmen ALBERTI SALVAGNI Magentini in certamine poetico Hoeufftiano magna laude ornatum*. — Amstelodami, apud Io. Mullerum, MDCCCCII.

P. OVIDII NASONI ex *Metamorphoseon libris fabulae selectae*. Recensuit, praefatus est CAROLUS PASCAL. — Aug. Taurinorum, Romae, Mediolani, Florentiae, Neapoli edid. I. B. Paravia et soc. MDCCCCII.

DR. N. CALVAGNA. *Sull'accento della enclitica latina*. Calathanisii, ex off. *Omnibus*, 1902.

FILIPPO ERMINI. *Antologia dell'oratoria italiana moderna ad uso delle scuole secondarie di grado superiore*. — Romae apud Desclée, Lefebvre et soc.

L'Europa in Africa, ossia Il presente progresso africano. Alcuni appunti del P. GIOVANNI BATTISTA PERCIBALLI d. C. d. G. — Senis, ex off. S. Bernardini, 1900.

P. CESARE A. DE CARA S. I. Di alcuni criteri incerti nella Paletnologia, Archeologia e Storia antica. Dell'influenza Ionica. — Romae, apud comm. *La Civiltà Cattolica*, 1902.

## AENIGMATA

I.

In ripis crescentis quatuor spiramine venti;  
Me piscator eget, me quoque pastor amat.

Littera mutatur? Fio praenuntia veris  
Et celsa luteos sub traibe fingo lares.  
Littera de medio auferitur? Mora nulla; paratus  
Sanguineos sueos ducere vermis adest.

II.

Vox eadem signo natam Iovis armipotentem,  
Auspicio eius Roma superba stetit.  
Vox eadem signo iuvenem, quem subvenientem  
Aeneae, Turni dextera stravit humi.

FR. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserit intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

SIRII PUBLILII SENTENTIAE curante C. L. BERTINI.

Aenigmata an. V, n. XVII proposita his respondent:

1) (vulgo *Rebus*): Maior est sapiens inops, quam dives indoctus;

2) Dis-cor-dia.

Ea rite soluta miserunt:

Th. Vignas Sch. Piar, Roma. — Guil. Schenz, Ratisbona. — Lad. Lud. Podobinski, Cracovia — Rich. Malotta, Brzozów. — Coll. Sch. Piar, Slettæ. — Cam. Straschill, Villaco. — Ad. Skrzypkowski, Scinice. — Petr. Garrone, Pezzana ad Vercellas. — St. Figielski, Ryplino. — Alex. P. Gest, Lambertville. — Am. Robert, Marieville. — Ad. Huza, Grybów. — Alois. Cappelli, Senis. — Al. Heptia e seminario pontificio Kandensi. — Iul. Sernatinger, Dresden. — E. Burg, Argentorato. — C. Perazzi, S. L., Mangalore. — Ver. Cariolato, Ventina.

Sortitus est praemium

ALEX. P. GEST,  
ad quem missum est PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Paes Phil. Cuggiani*.

O CARISSIMA que quae sine iam et tu Nonne absentia arbitria, spem peragrandis, tempore mundum quam in vita illius mihi comparabilem, redde ita per tellus per Eque iam sero, extorris gentium omnium va incumbente dare? Aufugi,

ae litterae de  
acobum Cortes  
o-Italiane et du

.... recensita et  
iae BERNASCONI.  
C. de propaganda

LVAGNI Magentini  
agna laude orna  
rum, MDCCCCII.  
morphoseon li  
it, praefatus est  
rum, Romae, Me  
3. Paravia et soc.

to della encl  
nnibus, 1902.  
ll'oratoria ita  
ole secondarie di  
Desclée, Lefebvre

presente pro  
del P. GIOVANNI  
— Senis, ex off.

alcuni criteri  
neologia e Sto  
— Romae, apud

mine venti;  
pastor amat.  
a veris  
go lares.  
nulla; paratus  
nis adest.

armipotentem,  
a stetit.  
subvenientem  
umi.  
FR. PALATA.  
gmati inter  
moderatorem  
nus, sortitus,  
is:  
C. L. BERTINI.

is respondent:  
apiens inops,

henz, Ratisbona,  
alotta, Brzozie.  
Villaco. — Ad.  
Pezzano ad Ver  
. Gest, Lambert  
za, Grybacia. —  
inario pontificio  
E. Burg, Argent  
er. Cariolato, Vi  
bus, cui titulus:  
TINIS.

iurisperitus.  
uggiani.

## CONSTANTINI PISONI

MAGNA OFFICINA

CANDELIS VAPORE CONFICIENDIS

ab anno MDCCCLXIII constituta


ROMAE IN ITALIA

CORSO VITTORIO EMANUELE 127-129  
et VIA DE' SEDARI 1, 2, 3

Superprime

in stabili mercium osteat Lutetiae Parisiorum constituto  
anreum nomisma retulit,  
eiusque possessori equestri dignitate est exornatus,  
fide sic addita  
praestantissimum hoc esse de re Italium opificium.

Cereas faculas ad noctem comparatur templis et familiis necessariae, plurimorum iudicio, qui per orbem universum eas acquisiverunt,



runt, ex omni parte perfectas, quippe quae parsimoniam cum vivida luce, cum salubritate et munditie apprime coniungant.

Involucra habentur ad 50, 25, 12, 6 faculas apta.

Vitrea ad faculas minimo pretio veneunt.

Ad publica solemnia faculae peculiares suppeditantur.

Res per omnes orbis regiones nullo iubentium  
impedio exportatur.

### PER ORBEM

O CARISSIME gentium, qui me terra marique queasiisti, qui invenisti numquam, de sine iam et tuam et diarii lamentari fortunam! Nonne absentia hac mea nec diutina sane, neque arbitraria, spatium tibi dedi commodumque orbem peragrandi, novas videndi ubique terrarum facies, populorumque mores, quos, nisi pro tempore munere annuo meo abdicasse, numquam in vita fuisses contemplatus? Redde melius mihi gratias, et noli esse beneficio haud comparabili ingratus; redde lectoribus meritum, redde sociis pretium, qui te subnotacionibus suis ita ditarunt, ut tantos per aequor, per tellus perderes gressus!

Equivid iam? Ne lieuisset quidem mihi miserio, extorsi moenibus patriis semper, perque gentium omnium extranea itinera sudanti, aestiva incumbente canicula aliquot temporis quieti dare? Aufugi, fateor, atque longissime aufugi,

eoque usque, ubi nec tu, amice, neque, lectors ulli, forsitan, persequi desertorem ausi es-

sent.

At paucis abhinc diebus redii ego quoque, nordicaque littora Europae nostrae laetus appuli. Laetus quidem, cum mitiore aërem iam spirantem invenerim, atque ad hanc patriam meam dilectissimam magnam frugum parentem, eucurri te amplexaturum sociosque laboris omnes. In itinere superbum ubique effere caput vidi viniferum autumnum, Bacchi dona uberrima atque Minervae arbores copiosissimum gestare fructum. Vites pampinis iam rubescentibus auratis donis oppressae brachia demittunt: vindemiae hilares cantus ubique insonant.

Audivi tamen, atque vehementer flevi, procellas horribiles extrema patriae littora pressum dedisse. Mediolani aderam, cum repente tubis canere per vias coepit: hospitii ad fe-

nestrans accedo; pompa quaedam per viam transit curruum insignia onera gestantium, quae risum movissent, nisi statim rei tristissimam causam divinassem. Vestes erant, suppellectiles, argentea vasa, signa; vigiles hinc inde procedebant copiam gravem tuentes, dum e fenestris, ex peristyliis, quasi iactata undique in peregrinantes missilia nova sensim in currus involuera domesticarum rerum proficiuntur. Sed et aurei nummi, vel argentei hinc et inde cadebant, quos prompta manu iuvenum agmen ad rem delectum tutu in crumena palam cogentes, reponebant, ut cum ceteris rebus ultra oblatis in auxilium mitterentur ad Calabros, ad Siculos miserrimos fratres, suis dominibus, suis pecudibus, immo saepe et parentibus, et liberis orbatis. Ego autem transiunt pompa quid dedissem? Pileum dedi, atque vestem pellieis intus ornatum, quam recens deposueram, quaeque tot cognovit procellas, nives, laboresque per glacie fines exantatos.



Occurrere enim cupienti Sverdrupio centurioni Norvego, nordico e mare reduci, oportuit hemialia mala aliquantulum sustinere. Circa idus Augusti mensis Godhaven ad sinum *Fram* navis obviam fuit. Erant iam nautae reversi ad suos; facile itaque inceptus gigantei vices, quae fuissent, audire. Groenlandicum mare, ut plurimum, navis persulcaverat, neque tamen opportunum duxerat ad poli intactam metam comari. Occidentalia Groenlandiae insulae litora lustrare maluit (Ellesmerian terram vocant), insulasque, quas iuxta eam mare percudit. Haec primo itineris anno peracta. Anno sequenti Hibernia in insula sedes posita, commeatus acervi ibi reconditi, plurimaque loca, quae circum essent recognita. Anno itineris tertio MCM incendium in navi excitatum, quod nisi cito extinctum esset, reditus spes omnis abiencia fuisse. Cum vero glacie tenaci soluta aliquantulum scapha est, ad meridiem versum iter; brevi tamen Iones in freta coaluit maris facies iterum, ut captivam omnino navem reddiderit.

Ibi ad tres annos usque producta mors, aeterna quidem, quoadusque marinus fluxus tepidus e meridi inflens liberam viam nautis solvit. Aestate igitur huius anni properante reditus coepit; sed manet adhuc circa Siberianas nordicas oras Russus navarcha Warnek, a quo recens nuncii missi Album mare et Karanum lustrata, multaque adnotata geographicae disciplinae perutilia atque consilium maturatum deducendi per glacies itinera constanti lege, eo saltem tempore quo soluta glacies permittat.



Londini ut expelleremus frigus rogum ignis paravit. Victorianus acervi in portu sunt, quorum in opificio voraces flammæ sunt excitatae. Vigilum cohortes convenere aquarias ballistas adducentes decem et octo; at ignis totam per noctem exarsit, ligneumque acervum immanem paene delevit, et ad tricies centena millia libellarum detrimentum comparavit.



Per glacies, per aequora tamen tutior semper quam in nubibus via. Expertus est haec non ultimus aemulus ille Dumontii, Brasiliani Dedali, qui Lutetiae iterum aërem tentavit. Dum libratus altissimum super tecta volatum, funiculus ecce frangitur ex ligaminibus quibus navicula sustentatur; post primum ponderis vi reliqui disrumpuntur, navicula praecepit in solum summa ex altitudine corruit... Quae membra nautarum intacta mansere? Ab horrida infundit facie avertite oculos, socii; at sciunt tandem, sciunt semel novi Dedali inutile adhuc esse caeli condescendi tentamen.

VIATOR.

Ciapponi Franciscus et Soc.

OFFICINA  
ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS  
PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS  
PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS  
TEMPERANTIA IN PRETIO — DILIGENTIA IN OPERE  
ROMAE — VIA SISTINA, 129 — ROMAE

LIBER (vulgo "ALBUM")

praecipua Urbis referens, pulchritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. 1.50.

## VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

ROMAE — Via Alessandrina, 87

PROSPECTUS NOVAE SUBNOTATIONIS  
A KAL. IULII USQUE AD EXPLETUM ANNUM MCMII.

(Vid. in secunda operculi pagina).

### FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE  
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO  
*Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.*

Sociis qui in Nordica America versantur vehementer commendamus quod a Sodalibus Carmelitis novissime institutum est ac regitur

### URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datus est,  
venit singillatim L. 2.50

*apud comm. VOX URBIS Administratorem.*

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA  
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

### COLLEGIUM SANCTI CYRILLI

ad liberalem eamdemque Christianam et nostrae aetati aptam institutionem iuvenibus comparandam.

Prospectus studiorum et regularum, quae collegium moderantur, petatur ab ipsius Collegii Preside, 6413 Star Avenue (Woodlawn) — Chicago, Illinois.

### LE LAUDI LATINE E IL CANTICO DEL SOLE

DI

S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latinae* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime alii subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam, Iulius Salvadori, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administratorem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

### PHILIPPUS VITI Eques

MARMORARIUS

ROMAE - Via Alessandrina N. 51, 52 - ROMAE

Affabre sculpit quae sunt ad simulacra, altaria, sacella, aediculas, uti patet ex operibus erectis aut refectis in Basilica Lateranensi, Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina, Eudoxiana, etc.